



Q. D. B. V.
DE

23

1724, 230.

POENA TALIONIS
IN HOMICIDIO,

EXERCITATIONEM JURIDICAM

PRÆSIDE

DN. JOHANNE GEORGIO
MVLHAVSE,

— F. U. D. & P. P. ORDIN.


DIE XXIV. FEBR. MDCCXXIV.

H. Lqve C.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI
SUBMITTIT

JOHANNES GEORGIUS
LAMPMANNVS,

NEVEN-CRONA-SWARTZENFELDENSIS
HASSVS.



MARBVRGI CATTORVM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI,
ACAD. TYPOGR. & BIBLIOP.

21

DE
POTENTIA FALSONIS
IN HOMICIDIO
EXACTI IUDICII
TITULUS
DR. JOHANNES GEORGIVS
MULLERVS
PABNO
JOHANNES GEORGIVS
MULLERVS
THEOPHILUS CASIMIR MULLERVS
KURT STROCK & WITTE





I. N. J. C.
SECTIO I.

Homicidas omnes dolosos poena talionis afficiendos esse probans.

§. I.

Natura inter homines conjunctionem aliquam & necessitatem constituit, ut mutuis se invicem beneficiis & officiis humanitatis prosequi potius quam injuriis laceſſere debeant. Cum enim genus humanum conditum sit à Deo, qui unicuique tenerimum sui amorem indidit, ipse quoque societatem hanc ab injuriis invicem incolumem esse voluit. Pax certe atque tranquillitas publica pars felicitatis humanae maxima nullo modo consistere potest, si officium hoc, quod in sola actionis intermissione concutet, non observetur. Inter præcipua igitur Juris Naturalis capita pertinet; Alterum non lade.

Natura inter homines conjunctionem aliquam & necessitatem constituit, ut mutuis se invicem beneficiis & officiis humanitatis prosequi potius quam injuriis laceſſere debeant.

Unde præceptum Juris Naturalis: Alterum non lade.

§. II.

Contra hoc præceptum gravissime peccat, qui eo audaciæ prorumpit, ut hominem sibi similem do-

Contra hoc præceptum gravissime

peccat, qui lole malignoque animo interficiat. Quia enim vita ho-
 alium occi- minis beneficium est DEI, qui illum in hac statione
 dit. collocavit, ut in ea permaneat, donec ipse eum evo-
 caverit, nulla alteri in proximum suum potestas com-
 petit, ut ipsi vitam pro lubitu abrumpat. Facinorosus
 hic Deum gravissime offendit, contra cujus volunta-
 tem fata alterius accelerat, peccat contra Societatem hu-
 manam, quam homine privat, contra Rempublicam,
 cui civem adimit, contra Proximum, cui tam enorme
 malum infert.

§. III.

Ex dicta- Atrox hoc facinus ut severe coerceatur naturalis
 mine recta- ratio præcipit, quo gravius enim delictum est, eo gra-
 rationis o- viorem pœnam sustinere debet delinquens. Generis
 benditur humani quoque interest crimen hoc, quo pax publica
 hoc delictu- turbatur, gravissime coerceri & ut injuria alteri illata
 severe co- sensu pœnæ aliquo modo reparetur ac generi humano
 ercendum- satisfiat, & ut severitate hujus pœnæ securitati omnium
 esse. consulatur aliique scelerum impunitate alias allekti de-
 discant adversus proximum suum tam enormiter pec-
 care.

§. IV.

Pœna tali- Nulla vero pœna convenientior est, quàm ut fa-
 onis hoc de- cinorosus hic iterum e medio tollatur. Si enim usquam
 listum co- Radamanthi lex, ut quod quis fecit, id patiatur, hic
 ercendum- certe justissima æquissima est. Optime OVIDIUS de Ar-
 est. te Amandi.

Neque enim lex æquior ulla,
 Quam necis artifices arte perire sua.
 & AVSONIUS Epigr. 71. in f.
 Autorem feriunt tela retorta suum.

Et

Et hanc legem talionis Cain primus homicida ex lumine naturæ & dictamine rectæ rationis percipiens inquit: Qui me invenerit, interficiet me. *Genes. 4. v. 14.*

§. V.

Pœna hæc, quam Jus Naturæ insinuat, Jure Divino expresso etiam determinata est. *Genes. 9. v. 6.* ^{Paenatalio- nis etiam} Omnis etiam in omnibus Noachidis & per consequens toti humano generi hæc lex generalis est promulgata: Qui sanguinem ^{Jure Divi- no expresso} hominis effuderit, ejus sanguis fundetur; addita ratio- ^{determina- ta est.} ne universali: Deus enim hominem ad imaginem suam condidit. *Exod. 21. v. 12.* dicitur: Qui hominem percusserit, ut moriatur, morte morietur, & *ibid. v. 23. & 24.* Reddes animam pro anima, oculum pro oculo. *Lev. 24. v. 17. & 24.* dicitur: Qui hominem occiderit, occidi debet, & *ibidem v. 19. & 20.* dicitur: Sicut fecit, ita fiet ei. *Deut. 19. v. f.* dicitur: Non parcat ei oculus tuus, animam pro anima, oculum pro oculo. Sed & Deus severe præcipit, ut malum hoc, quo terra inquinata est, e medio tollatur. *Num. 35. v. 33. & 34.* Homicidæ etiam dolosi jubentur abstrahi ab altari & occidi *Deut. 19. v. 11. seqq.* Et hoc Salomonem & Jojatam Pontificem fecisse legimus *1. Reg. 2. v. 29. seqq. 2. Reg. 11. v. 15. seqq.*

§. VI.

Deus etiam pœnam talionis Regi Davidi, cum ^{Paenã hanc} Uriam interfecerat, per Prophetam Nathan interminatur. ^{Deus Regi} Quod nimirum propter hoc delictum gladius de domo ^{Davidi in-} ipsius in sempiternum recedere non debeat. *2. Sam. 12. v. 9.* ^{termina-} *seqq.* Regi Achabo propter eadem in Nabotho commissam ^{tur,} Prophetæ Elias maledictionem Divinam denun- ^{& Regi A-} tiam, dicens: Occidisti & possedisti hoc in loco, in quo ^{chabo.}

linxerunt canes sanguinem Nabothi, lambent quoque sanguinem tuum. *1. Reg. 21. v. 19.*

§. VII.

Lex de pœna talionis in novo Testamento repetita est.

Hac quoque lex de homicida iterum capitaliter puniendo in novo Fœdere repetita invenitur, manifesto certe indicio eam non Rempubicam Judaicam solum concernere, sed universum genus humanum. *Matthæi 26. v. 52.* dicit Christus: Qui gladio fererit gladio peribunt. *Apocal. 13. v. 10.* dicitur. Qui gladio occidit, eum oportet gladio occidi.

§. VIII.

Jura Civilia hac in re conveniunt cum Jure Divino,

Et hac in re Jura Civilia cum Jure Divino exa-
muffim conveniunt. Quamvis enim pœna L. Corne-
liæ de Siciariis ab initio quidem deportatio & publicatio
omnium bonorum fuerit, postea vero temporibus Mar-
tiani & Modestini honestiores saltem omnibus bonis ad-
emptis in insulam deportarentur, humiliores verò capi-
te punirentur *L. 2. §. 5. L. 10. ff. ad L. Corn. de Sic.* Ju-
re noviori tamen omnibus tam honestioribus quàm hu-
milioribus pœna capitis præstituta est. In *§. 5. enim L. de Pub. Judic.* dispositum, quod homicidæ ultore ferro puniri debeant. *In L. 3. C. de Episc. aud.* traditur, quod nullus homicida veniam sperare sed expectare debeat, quod fecit. In *L. 8. C. ad L. Corn. de Siciar.* disponitur, quod si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressave sit, scire debeat, se capitali supplicio afficiendum esse. Idem innuit *Nemesis Carolina a. 137.* verbis: *Ein jeder Mörder oder Todschläger / wo er deshalb nicht rechtmäßige Entschuldigung ausführen kan / hat das Leben verwirret /* additque pœnam hanc pro ratione circumstantiarum exasperari debere.

§. IX.

§. IX.

Pœnam igitur capitalem in naturali ratione fun-^{Hæc pœna}
 datam atque Jure Divino expresse constitutam nulla ^{ab eo, qui}
 potestas, quæ ^{to κρητων} in Republica habet, abrogare ^{summam in}
 aliamve per dispensationem in ejus locum substituere ^{Rep. pote-}
 potest, PETR. MARTYR. *Loc. comm. L. 2. c. 13.* DANAË ^{statem ha-}
Eth. Christ. l. 2. c. 13. & Polit. Chr. Aphor. de Jud. Crim. ^{bet, non ab-}
n. 11. GAIL. 2. O. 110. n. 19. THEODOR. Colleg. Crim. Diss. ^{rogari nec}
10. Th. 7. L. C. HEIG. 2. Q. 24. n. 30. seqq. Licet enim ^{per dispen-}
 Princeps ex potestate absoluta gratiam pœnæ delin- ^{sationem in}
 quenti facere & circa eam dispensare possit, cum in eo ^{aliam mu-}
 vis summa potestatis enitescat, quod derogandæ legi ^{tari potest.}
 non minus, quam ferendæ potestatem habeat. REIN-
 KING. *de R. Sec. & Eccles. L. 1. Cl. 2. c. 12. n. 49.* hoc tam-
 en produci non potest ad pœnas Jure Naturali ac Di-
 vino morali determinatas. Qui enim dispensat vel le-
 gem tulisse, vel eo, qui tulit, non inferior esse debet.
 Hoc autem de Principibus respectu Dei ejusque Decre-
 torum prædicari non potest, quamvis summa in Re-
 publica potestate polleant. Respectu Dei enim omnes
 etiam summi Principes sunt privati & subditi. Omnis
 enim Princeps & Magistratus est Minister & Executor
 voluntatis Divinæ *Rom. 13. v. 4.*

§. X.

Sed & hæc derogatio sive dispensatio expresse a ^{Hæc dero-}
 summo Legislatore est vetita. *Exodi* enim *21. v. 12.* u- ^{gatio a}
 nica saltem expiationis forma traditur, ut nimirum ^{summo Le-}
 sanguis ejus, qui sanguinem fudit, fundatur. *Deut. 19.* ^{gislatore}
in f. dicitur: Non pareet ei oculus tuus, sed anima ^{est vetita.}
 pro anima. Quin etiam ipsi Ethnici existimaverunt,
 vitæ gratiam non concedendam esse ei, qui alterum
 vita

In *Republi-* vita privavit. Lex Draconis nulli, qui vita aliquem
ca Atheni- privavit gratiam concedendam esse voluit, quam legem
ensium et- privavit gratiam concedendam esse voluit, quam legem
iam fuit propter Justitiam & summam aequitatem Solon in Re-
prohibita. publica Atheniensium repetiit. Sed & ipsos Romanos
Romani et- maxima olim cautione in absolvendo homicida usos
iam in ab- fuisse, ex exemplo & gravi discursu Tullii Romanorum
solvendo Regis de patricio Horatii apud HALICARN *l. 3.* patet.
homicida Adde VALER. MAX. *l. 6. c. 3. & l. 8. c. 1.* PLVTARCH. *in*
summa prae- *Paral. c. 1.*
cautione usi
fuerunt.

§. XI.

Nulla igitur statuto, nulla consuetudine poena
 hac tolli aut in aliam commutari potest, cum statu-
 tuto, nulla tum hoc atque consuetudo naturali rationi & Legi Di-
 vine poena ta- vina repugnaret. Statuta itaque & consuetudines pe-
 lionis tolli- cuniaria poena homicidia indistincte punientes, ut ini-
 aut in alia- quas & impias rejiciendas esse, recte censet COVARRU-
mutari pot- VIAS *L. 2. Var. Res. c. 9. n. 2.* JVL. CLAR. *§. Homicidium.*
est. *n. 19.* Cum inter vitam hominis dolose occisi & pecu-
 niam nulla sit proportio. Verissime ISIDORVS in *C. pau-*
per. 72. caus. 11. Quæst. 3. nullum reum pertimescere
 culpam, quam pecunia se redimere posse sperat. Lex
 certe Divina inexorabilis sordido are placari non pot-
 est. *Num. enim 35. v. 31.* disponitur: Non recipietis
 pecuniam ab eo, qui reus sanguinis est. Et hoc anim-
 advertens Stephanus Rex Poloniae, morem, quo Nobi-
 les Poloniae delictum hoc certa pecuniae summa corpo-
 ri occisi imposita redimi posse contendebant, sustulit,
 homicidasque dolosos poena capitali affici præcepit, ad-
 dita ratione gravi, Legem, qua sanguis ejus, qui hu-
 manum sanguinem fudit, jubetur rursus fundi, esse Di-
 vinam & longe vetustiore illa, quam allegabant,
 consue-

consuetudine. *WINTHER in Parthenio Litig. Lib. 1. c. 13. n. 11.*

§. XII.

Ex prædictis sequitur, homicidas dolosos immunitate Ecclesiæ non gaudere. In Capit. enim IX. de homicid. Vol. & Cas. traditur: Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo velles eum, ut moriatur. Quamvis autem CARDIN. TVSCH. Pract. Conclus. in Verbo Ecclesiæ Concl. 11. n. 3. & 47. & cum eo FARINAC. de Immun. Eccles. c. 7. in diversa concedant, hicque Capit. hoc non de simplici homicida sed qualificato, qui proditionis causa occidit, intelligat, vel etiam de Clerico homicida, ut hic ab Altari quidem amoveri, propter irregularitatem tamen & excommunicationem, quam incurrit, mortem spiritualem incurere debeat, addatque hoc ita observari debere à Judicibus Deum timentibus; vereor tamen, ut eorum sententia subsistat: Cum enim Capit. hoc ex Exod. 21. v. Ipsi respondet 14. desumptum sit, textus verò hic illam limitationem non admittat, manifesto patet, dictam restrictionem menti Summi Legislatoris & per consequens Pontificis Maximi non convenire. sed potius sententiam d. Capit. hanc esse, omnes dolosos homicidas indistincte immunitate Ecclesiæ non gaudere.

§. XIII.

Non etiam ab hac poena liberantur, quibus ad supplicium deductis Cardinalis occurrit pileumque imponit. Licet enim penes Romanos olim à poena capitibus immunes essent, quibus occurrebat Virgo Vestalis, modo ipsa jurasset, se non data opera, sed casu fortuito obviam factam, cum huic occursum singulare aliquid inesse

Non etiam à poena ordinaria liberatur cui Cardinalis occurrens pileum imponit. Rationes in contrariis.

inesse crederetur. *PLVTARCH. in Romulo.* adde *GELL. Noct. Att. l. 10. c. 15.* *LIPS. in Append. Admirand. capit. de Vesta & Vestali.* & ad eorum exemplum Clerici hanc sibi licentiam postea sumserunt, ut eriperent ad supplicium damnatos injecta manu *l. 15. C. Theodos. de poen.* hancque prerogativam ex consuetudine Cardinalibus communiter tribuant. *TIRAQ. Cauf. 55. Clar. q. 98. n. 5. v. GOTHOFRED. ad alleg. l. 15. C. Theod.* Quare etiam improbus cautelarum artifex *Cæpolla caut. 2.* Defensoribus facinorosorum pro cautela suggerit, ut operam dent delinquentem deduci per viam, ubi ipsis Cardinalis occurrit, alii vero e contrario suadent Judicibus, ne delinquentem per locum, quo Cardinalis ipsis obviam fit, deduci patiantur. Quia tamen hoc privilegium in nullo Jure Cardinalibus tributum est, cursumque Justitia impedit, illud locum habere non potest, praesertim cum in *alleg. l. 15. C. Theodos. & l. 6. C. de Episc. aud.* Clericis expresse prohibitum sit addictos supplicio per vim aut usurpationem vindicare.

Distis rationibus respondetur.

§ XIV.

Neque ab hac poena liberari possunt homicida ob publicam latitiam; Ut quidam contrarium eruere conentur ex *Lev. 25. v. 10.* Ubi homines Anno Jubilæo ad suos reverti jubentur, & ex *l. 8. & 9. ff. ad Sc. Turpill.* ubi propter diem insignem aut publicam gratulationem vel rem prospere gestam publice abolitionem Criminum fieri solere dicitur. Ita enim Paschalis die abolitio hæc fiebat penes Judæos, ut patet ex historia Jesu Christi *Matthæi 27. v. 15. Marc. 15. v. 6. Luc. 23. v. 17. Joh. 18. v. 39.* adde *l. 3. C. de Ep. Aud.* & propter publicam gratulationem, si forte Imperatori filius natus esset;

Neque liberari possunt homicida ob publicam latitiam. Rationes in contrarium.

esset; ita Constantinus ob nativitatem Crispi & Helenæ dimisit captivos *l. 1. C. Theod. de Indulgent.*, sed & Romani inter cetera Triumphii privilegia ex Senatus Decreto vel Principum placito servos publicos libertate donare, reos vero criminum carcere & vinculis dimittere solebant *Liv. 3. Dec. 4.* Hæc inquam non obstant. *Tex-Responsio.* *enim Lev. 25. v. 10.* nimis generalis est, ut ex eo aliquid ad rem præsentem inferri non possit, sed & lætitia publica ita temperata esse debet, ne propterea à voluntate Divina recedatur, & terra maculetur, maledictioque Divina in eam derivetur. Quapropter liberatio hæc in aliis quidem delictis, quibus pœna Jure Naturali ac Divino universali determinata non est, fieri potest, sed non in homicidio.

§. XV.

Nec liberatur reus, quem puella vel etiam mere- *Nec libera-*
 trix in matrimonium petit. Magnus enim licet sit fa- *ur, quem*
 vor matrimonii *l. 1. ff. Solut. matr. & in C. inter. ope-* *puella vel*
ra 20. X. de spons. laudetur tanquam opus charitatis & *meretrix*
 ad remissionem peccatorum utile, si quis meretricem & *in matrimo-*
 turpitudine ad honestatem vitæ & pudicitiam reduxerit. *monium pe-*
v. CLAR. Q. 98. n. 6. Favor tamen hic non est tantus, *rit.*
 nec opus hoc tam proficuum, ut propterea pœna ho- *contrari-*
 micidii remitti debeat. Sed & exemplo pernitiosum fo- *ret.*
 ret talia admittere. Fœmina enim vel meretrix facile *Responsio.*
 subornari possêt, aut etiam ultro se offerret, ut pro de-
 linquente intercedat & sic scelera forent impunita. quin
 etiam hac spe ostensa eo promptius & alacrius homines
 in scelera ruerent. Quare nequidem in furto hoc ipsum
 admittit *CARPZOV. Pr. Crim. Q. 88. n. 25.*

§. XVI.

Judaus etiam aut Ethnicus ad Sacra Christiana transiens hac gratia gaudere non debet: quicquid dissentiat CAEVALL. *in spec. aur. Comm. opin. contr. comm. Q. 794. per c. 2. in f. de Consecr. Dist. 4.* Ubi quicquid ab homine factum dictum cogitatum est per baptismum aboletur, & quasi non factum sit, habetur, cui consentit *hac gratia non gaudet.* GLOSSA *ad c. 8. de Div. in 6to* & FERRAR. *Caut. 24.* Hac Rationes *in* enim sententia admissa facile *contra ratiū.* *Responsio.* *Judæus aut Ethnicus pœnam Criminis vitaret ad sacra Christiana transiens & ita occasio delinquendi præberetur: Pœnitens itaque sincere remissionem pœnæ aternæ sibi polliceri potest, sed non temporalis. Rectè proinde TIRAQ. de Pœn. Temp. caus. 25.* Judæum homicidam per baptismum non liberari à pœna mortis debita tradit.

§. XVII.

Nec mitigatur pœna transactio- ne cum heredibus occisi inira. Neque pœna hæc mitigari potest, si facinorosus cum heredibus occisi transigat, hicque in remissionem pœnæ consentiant, ut vult FARINAC. *l. 1. t. 1. Q. 6. n. 18. & P. 4. Consil. 2. n. 1.* Utut enim licitum sit unicuique sanguinem suum quocunque modo redimere *l. 1. de bon. eor. qui,* & proinde super criminibus publicis pœnam sanguinis ingerentibus transigere *l. 18. C. de Transact.* ut etiam accusator non opus habeat abolitionem accusationis petere, nec in Sctum Turpil. incidat. Cum teste Cicerone Orat. pro Milone omnis honesta ratio sit expediendæ salutis. Tanti tamen non sunt hæ rationes, ut aliquid contra assertionem nostram conferant: Permissum enim est utique parti privata in suum præjudicium transigere & injuriam remittere, sed hoc ipso reus a pœna Judicis non est immunis. *Lafus enim non*

Responsio.

non solum est is, qui occisus est, ejusque heres, sed & Deus & Respublica, pacta vero privatorum non derogant juri publico *L. 38. ff. de Pact. L. 45. §. 1. ff. de R. J.* Accusatore itaque deficiente Judex nihilo minus per modum inquisitionis procedere facinorosumque punire potest & debet. Quapropter transactione cum fratribus & agnatis occisi non obstante Scabini Lipsienles poenam capitalem dixerunt, ut patet ex eorum Responso apud CARPZOV. *Pr. Crim. p. 3. Q. 148. v. 11.*

§. XVIII.

Sed & huic crimini nullo unquam tempore praescribitur. Quamvis enim tempus praescriptionis in criminibus regulariter sit vicennium post delictum commissum *L. 2. & 3. de Requir. vel abs v. CARPZOV. Q. 141. MATTHAEI de Crim. L. 48. t. 19. c. 4. LAVT. Disput. de Crim. praeser. th. 14.* Quia tamen Pena haec non Legum Civilium placitis sed Sanctissimis Divini Numinis legibus imperata est, nulla meta, nullus praescriptionis terminus ipsi praefigi potest, terra enim per sanguinem hominis occisi est inquinata & maculata *Num. 35. v. 31. seqq.*, omni itaque tempore à sanguine innocenti est purganda.

§. XIX.

Ex praedictis sequitur porro, poena talionis in hoc delicto afficiendos esse omnes, sive plebeji sint, sive in dignitate constituti. Licet enim teste MARIO *apud Sallustium in Jugurtha. iis*, qui deliquerunt, vetus Nobilitas & Majorum facta fortia praesidio sint, & teste QUINTILIANO *L. 6. Inst. Orat. c. 1.* periclitatem commendet dignitas & studia fortia & susceptae in bello cicatrices & nobilitas & merita majorum, de Jure quoque Civili ob

Responfo. has caufas pœnam mitiorem irrogari communiter velint propter §. 6. *J. de Jur. N. G. & C. l. 1. §. 2. ibi ob merita indulfit ff. de Conf. Princ.* Quia tamen Principes territoria fua ab innocenti fanguine liberare non pofunt, quam fi homicidas pœna promerita afficiunt, nemini propter dignitatem parcendum erit. Joabus certè erat in magna dignitate conftitutus, magnaque ejus in Rempublicam & Regnum Hebræorum erant merita, cade tamen Abneri polluto veniam non concedendam effe cenfuit David 2. *Samuel. 3. v. 27. feqq.* utpote qui moriturus præcepit Salomoni Succelfori in Regno, ut fupplicium de eo fumat, quod hic etiam per Benajam fecit 1. *Reg. 2. v. 5. & 29.* Nequaquam igitur confentire poffumus MOLIN. *T. 4. de juft. & Jur. Difp. 2.* exiftimanti, Nobiliffimum pœna capitali non afficiendum, fi interfecerit hominem ignobilem injufte & fimplici homicidio. Hæc enim fententia repugnat voluntati Divinæ. Jure enim Naturali omnes homines funt æquales, neque penes Deum ullus refpectus perfonarum eft, utut politica aliqua pro Nobilibus hominibus militet ratio. Ratio certe in hac æternum valitura lege æque in ignobili occifo ac Nobiliffimo pugnat, cum plebejus ac infimæ fortis homo æque ac Nobiliffimus ad imaginem Dei fit conditus. Dignitas itaque delinquentem à pœna mortis non potefte excufare CARPZOV. *p. 1. Q. 2. n. 8.* eoque refpectu textus Juris Civilis fi quid officerent, ufû fori non obfervantur v. CARPZOV. *Jurifpr. For. p. 4. c. 9. d. 7. ibique præjudicium.*

§. XX.

*Pœnatio-
nis afficien-
dus, qui in-*

Hæc pœna etiam manere debet eum, qui injuria laceffitus adverfarium ad duellum provocavit, eumque occidit;

occidit, cum hac provocandi ratio in vindictam priva-
 tam omni jure prohibitam incidat, & injuria affe-
 ctus legitimis remediis potius experiri, quam sibi ipsi
 jus dicere debeat. Ideo enim Judiciorum vigor juris-
 que publici tutela in medio posita est, ut ne quisquam
 sibi ipsi jus sumat & propriam vindictam exerceat *L. 13.*
Quod met. caus. in f. L. 14. C. de Judæis. Quæ enim ju-
 dicio ordinario reparari possunt, in iis judicii momen-
 tanei sive belli privati causa nulla est. *BOECLER. ad Grot.*
L. 2. C. 1. pag. mihi 12. In Constitutione certè *Caroli V.*
a. 137. ultimum supplicium diferte statutum est in eos,
 qui inconsulto calore & iræ fervore eadem patnaverunt.
 Neque obstat, quod periculum famæ periculo vitæ aequi-
 paratur *L. 9. pr. de man. vind. Clar. L. V. §. Homicidium contrari-*
2. 26. Præterquam enim quod hæc sententia infirmo ni-
 tatur fundamento. Calumnians certe famam lædere
 non potest, cum in potestate privati non sit alterius
 famæ & existimationi aliquid detrahere, infamia enim
 irrogatur per turpia facta & inhonesta, & quidem vel
 lege ipsa vel ministerio Judicis.

§. XXI.

Sed & manet eum, qui provocatus verbis licet *Hac poena*
 injuriosis in certamen provocantem occidit, *OBRECHT. etiam ma-*
de Nec. def. c. 11. n. 56. cum omnes illæ rationes, quæ in
 provocante obtinent, in provocato quoque locum ha-
 beant, hic enim æquè ac provocans ad viam Juris ad-
 stringitur, adeoque defensionem allegare non potest.
 Sciens enim prudensque eum in locum descendit, in
 quo vel occidere vel cadere debet. Cum Gladiatori
 juxta *GELLIVM l. 7. Noct. Att. c. 3.* composito ad pugnan-
 dum pugna hæc fors proposita sit aut occidere, si occu-
 paverit,

Male hic paverit, aut occumbere, si cessaverit. Equidem non cum eo qui nescimus Ddres quidem communiter hic dissentire, tra- moderamen dentes mitius cum hoc agendum esse quam cum pro- inculpatâ vocante, quia hic moderamen inculpatâ tutelâ saltem tutelâ ex- excessit propter factam à provocante irritationem dolo- cessit com- ris qui difficulter temperari potest L. 38. §. 8. ad L. Jul. paratur. de adult. & plenitudinem intellectus judicii que impedit, adde CARPZOV. I. Q. 29. n. 75. Sed non videmus, qua ratione provocatus cum eo, qui moderamen inculpatâ tutelâ excessit, comparari possit, cum provocatus sponte & libero motu in certamen omni jure prohibitum descendat, hic in insidias incidat; provocatus ultro vim inferat, hic vim atque injuriam arceat; provocatum tempus deliberare jubeat, hunc periculum deliberare non permittat. Urget quidem CARPZOVIVS Q. 29. n. 77. 78. quod ignoscendum sit ei, qui se voluit ulcisci provocatus L. 14. §. 6. de bon. lib. sed respondetur hoc verum est, si quis legitimo modo se vindicat, uti patet ex exemplo in allegato §. 6. proposito non autem si se ipsum privatim via facti vindicare intendit, adde FRANTZK. Lib. 2. Ref. 23. n. 35.

Responde-
tur Carp-
zovio.

§. XXII.

Hac pœna
etiam tene-
tur mulier
infantem
exponens
ut moria-
tur eventu
secuto.

Rigorosa hac pœna talionis tenetur etiam mater dolo malo infantem in locum solitarium & a conspectu hominum remotum exponens vel abjiciens, ea intentione ut ibidem inedia & moriatur, eventu nimirum secuto. Licet enim mater hoc casu infantem sua manu non occidat, causam tamen mortis præbet animo necandi: Morte itaque secuta pœna gladii dictanda est, quia parum interest, an occidat quis, an causam mortis præbeat. L. 15. ad L. Corn. de Sic. Ordin. Crim. art. 132.

ibi:

ibi: Stirbt aber das Kind / so soll man die Mutter nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben straffen. Quamvis CARPZOV. P. 1. Q. 10. n. 8. hoc in casu pœnam parricidii ordinariam recte dictari velit, cum unum idemque sit, infantem manu necare, & in talem locum exponere, ubi fame & inedia pereire debet, hancque sententiam suam præjudicii confirmet. Aliud vero obtinere tradit, si infans non animo occidendi, neque in locum solitarium, sed in locum quo homines frequenter ambulant, ut in plateam publicam, exponatur, hoc enim casu, si infans præter intentionem contrahentium mortuus fuerit, pœnam saltem fustigationis cum perpetua relegatione dictandam esse vult propter d. art. 132. in verb. Nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens an Leib oder Leben add. WES. in Parat. ad L. Corn. de Sic. n. 14. CLAR. 5. sent. §. 5. q. 83. n. 7. BERLICH. 4. Concl. 7. n. 32.

Quid si infans expositus sit in plateam publicam non animo occidendi.

§. XXIII.

Subjacent etiam huic pœna, qui partum in utero materno perimunt, cum medicamentis abigendo, vel alio modo abortum procurando. Quo casu tamen interest, an fœtus fuerit vitalis, an non. Si fœtus fuerit vitalis, pœna ordinaria gladii, si verò non vitalis fuit, extraordinaria locum habet. L. 4. de Extr. Crim. L. 8. ad L. Corn. de Sic. L. 39. de Pœn. Ordin. Crim. n. 133. CARPZOV. Q. 11. Quando vero partus vitalis sit, de eo non conveniunt Ddres. Alii masculum post diem 30. foeminam post diem 40. vitalem fieri volunt, & quidem ex sententia Hippocratis ANTON. Jessaur. Dec. 12. n. 3. alii tempus constituunt in masculo diem 40. in foemina diem 90. a die conceptionis PLINIUS L. 7. Nat. Hist. c. 6.

C

MENOCH,

MENOCH. 2. A. J. Q. c. 4. c. 357. n. 3. alii volunt post dimidium uterum gerentium tempus pro animato haberi v. BERLICH. 4. Concl. 8. Nos cum nihil hac de re dispositum in Jure nostro reperiamus, totam hanc rem judicio Medicorum relinquendam esse censemus,
§. XXIV.

*Pœna talio-
nis etiam
tenetur, qui
percussit a-
liquem gla-
dio vel alio
instrumen-
to, præter
intentionem
vero inter-
fecit.*

Subjacet quoque huic pœnæ, qui percussit aliquem gladio aut alio instrumento, quo percussus verisimiliter & ut plurimum mori solet, saltem ut vulneret, faciem cicatrice signet, vel aliam injuriam inferat, præter intentionem verò interfecit. Cum operam dans rei illicita teneatur de omni eo, quod præter intentionem sequitur, si nimirum causa ad illum effectum est ordinata, ita ut delicti autor scire potuerit vel debuerit, illum effectum secuturum esse. Percutiens igitur hic, cum sciverit vel scire debuerit certo & destinato modo vulnus præsertim gladio aut alio instrumento ad homicidium perpetrandum apto dari non posse, pœnæ ordinariæ subjiciendus est. *arg. L. 38. §. 5. ff. de pœn. c. f. de homicid. in d. L. 5. ff. ad L. Corn. de Sic. Ord. Crim. a. 148. v. CARPZOV. 1. Q. 1. n. 15. seqq. BRUNNEM. ad L. d. C. Ad L. Jul. de Vi pub. v. tamen, CARPZOV. 1. Q. 3. ibique passim.*

§. XXV.

*Tenetur et-
iam, qui a-
lium pro a-
lio occidit.*

Hac quoque pœna afficiendus est, qui volens occidere Cajum Sempronium occidit, quicquid reclamet CLARVS tit. 5. §. Homicidium. n. 26. MENOCH. A. J. Q. C. 234 DAMHOVDER. Pr. Crim. cap. 85. n. 7. hunc homicidium culposum saltem committere existimantes *Arg. L. 3. §. f. l. 4. de Injur. L. 11. §. 2. de pœn. L. 5. §. ad L. Jul. Maj. Cum enim 1. dolus atque propositum occidendi*

dendi in eo fuerit, 2. caedes revera secuta fuerit; Tamen non is, quem destinaverat occidens, occisus sit, ad homicidas potius dolosos hic referendus erit. *Arg. L. 18. §. 3. de Injur. L. 45. §. 4. Ad L. Aquil. L. 15. §. 7. C. ad L. Corn. de Sic. MATTHAEI de Crim. Lib. 48. c. 5. n. 12. HARPRECHT. ad §. 5. de pub. Judic. n. 212. seqq. v. BERLICH. §. c. 10. ubi ampliaciones plures & limitationes habet.*

§. XXVI.

In hanc classem referri etiam meretur, qui homicidium alicui mandavit, cum nihil interfit, utrum ipse quid faciat, an jubeat, & curet, ut fiat *l. 11. pr. l. 15. §. l. 17. §. 7. de Injur.*, qui enim delictum mandat est caput, mandatarius vero est instrumentum mandantis. Patrato vero scelere mandans dolose causa proxima mortis fuit, quod perinde est, ac si ipse occiderit *l. 15. §. 1. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 11. §. 3. ff. de Injur. l. 5. C. de Accus. l. 169. de R. J.* Absolon certe occidisse fratrem Ammonem dicitur, cum tamen famulis saltem occidendum objecerit *2. Sam. 13. v. 28. seqq.* non aliam ob rationem, quam quod ipse necare videatur, qui necandum alteri commisit. Neque referre volunt, utrum mandatarius etiam absque mandato facinus hoc perpetraturus fuisset an non, *CARPZOV. 1. Q. n. 27.* plane si mandans certo scivit aut credidit, mandatarium etiam sine mandato omnino occisurum esse, illum a poena ordinaria homicidii liberari volunt communiter *v. CARPZOV. d. l. n. 29.*

§. XXVII.

Idem obtinet, si mandans vulnerare saltem jussit, mandatarius vero occiderit, cum enim vulnera non possint dari ad mensuram, in potestate mandatarii non fuit,

Mandans
homicidii
etiam hac
poena tene-
tur.

Mandans
vulnerare
teneatur, si
mandatarius
occidit.

fuit, fines mandati custodire, mandatarius enim statem non habet in manibus, qua vulnera & ictus temperare possit, ne fiant lethalia. Ad hoc autem ut poena homicidii ordinaria irrogetur, non requiritur animus occidendi, sed sufficit causam mortis dolose præbere *l. 15. ff. ad L. Corn. de Sic.*, quod facit is, qui aliquem vulnerari mandat, *CARPZOV. d. Q. 4. n. 22.* Equidem si iussit saltem percutere aliquem baculo levi vel manu, ex quo verifimiliter & regulariter mors sequi non solet, mandans non tenetur poena ordinaria, si mandatarius ense vel alio instrumento lethifero occidit, quia in potestate mandatarii fuit non excedere fines, quod tamen præter voluntatem mandantis fecit. *CLAR. Quæst. 89. n. 5. BACHOV. ad Tr. v. r. D. 27. th. 3. L. G.*

Limitatio.

§. XXVIII.
Sed & huic poena subjacet mandatarius, cum rem turpem & illicitam in se receperit adeoque propter mandatum non excusetur. *CARPZOV. d. Q. 4. n. 6.* Nisi forte parere necessum habuerit. Tunc enim propter parandi necessitatem mitiori quam ordinaria poena afficiendus erit. *l. 20. ff. de O. & A. l. 2. C. de Sep. viol. MATTHÆI de Crim. in Proleg. c. 1. n. 13. adde FARINAC. Q. 97. c. 8. & 9. v. tamen CARPZOV. p. 1. Q. 4. n. 7. & 8.*

Et Mandatarius.

Limitatio.

§. XXIX.
Ubi plures conspiratione facta convenerunt, de homicidio committendo, sibi que mutuam auxilium præstiterunt, singuli quoque de homicidio tenentur, & quidem indistinctè, sive plura fuerint vulnera lethalia, sive non, sive appareat omnes vulnerasse, sive non. *Ordin. Crim. a. 148. ibi: So etliche Personen/ cum illi, qui non occiderunt, animum tamen occidendi habuerint*

Plures, qui conveniunt de homicidio, tenentur sive plura vulnera fuerint lethalia, sive

rint & reliquis auxilium præstiterint, adeoque omnes in eadem causa fuerint *l. 3. pr. ff. ad L. Jul. de Vi pub. l. 2. §. 12. l. 4. §. 4. de Vi bon. rapt.*, ut tamen manifestum sit, omnes fuisse conscios hujus homicidii committendi, si enim de eo non manifesto constat, gravati super qualitate animi deliberati torquendi sunt, & qui fatentur poena ordinaria affiendi, qui non fatentur, pro ratione circumstantiarum vel extra ordinem puniendi vel absolvendi sint. *CLAR. Lib. V. §. Homicidium n. 37. BERLICH. 4. Concl. 11. n. 49. seqq.*

§. XXX.

Ubi homicidium ex improvise & in rixa ortum est, casus diversi separandi sunt. Si enim i. unicum vulnus lethale, ex quo vulneratus mortuus, illatum est, & liquido constat, quis hoc vulnus infixit, hic solus poena ordinaria tenetur *l. 11. §. 2. Ad L. Aquil. Ord. Crim. a. 148.*, ubi non constat de eo, ii. qui maxime gravati sunt, tortura subjiciendi *OLDECK. Obs. Crim. L. 4. O. 17. in f. v. CARPZOV. p. 1. Q. 25. n. 38.* & siquidem nihil fatentur, omnes actione L. Aquilæ tenentur, *l. 11. §. 2. ad L. Aquil.* & poena extraordinaria affiendi, pecuniaria nimirum carcere vel relegatione *Ordin. Crim. a. 148. post med. ibi: Auch so einer in einem Aufruhr oder Schlagen. CARPZOV. 1. Q. 25. n. 3. seqq.* Melius enim est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare *l. 5. ff. de Pœn.* Certum autem est, hic plures esse innocentes. Si 2. plures alicui vulnera infixere, vulneraque omnia fuerunt lethalia, non vero constat cujus ictu perierit, omnes de occiso tenentur, *l. 11. §. 2. ad L. Aquil. Ordin. Crim. a. 148. post princ. vers. Wäre aber der Entleibte durch mehr denn einen / quamvis plurimi*

hic dissentiant, existimantes primum saltem, qui vulnus lethale infixit, teneri, cum qui postea vulneraverunt, non hominem sed cadaver vulneraverint. MENOCH. *cas. 362. n. 18.* FARIN. *p. 2. tit. de pœn. temp. Q. 96. n. 31.* Si 3, unum vel plura vulnera fuerunt lethalia, aliqua non, illi modo, qui vulnera lethalia intulerunt, de occiso tenentur, reliqui vero coercentur extra ordinem *Ord. Crim. d. art. 148.* BERLICH. 4, *Concl. 21. n. 33. 34.* CARPZOV. *Q. 25. n. 24. seqq.* Si 4, omnia vulnera non fuerunt per se lethalia simul tamen juncta mortem attulerunt, omnes actione Leg. Aq. tenentur, & pœna extraordinaria afficiendi sunt, cum nemo suo facto occidisse dici possit. *Arg. l. 11. §. 2. ad L. Aquil. CARPZ. d. l. n. 41. seqq.* MENOCH. *A. J. Q. cas 362. n. 15. & 16.* FARIN. *d. Q. 96. n. 35. & 40.* BERLICH. 4, *concl 11.*

SECTIO II.

In qua respondetur ad argumenta quædam, quod pœna talionis in homicidio doloso non sit Juris Naturalis ac Divini Positivi Moralis sive Universalis, quodque proinde Princeps circa eam dispensare vel eam mutare possit.

§. I.

Dubia quorundam, quod pœna talionis in homicidio doloso neq. jure Naturali, neque ANtequam ulterius progrediamur, removenda quædam hoc loco erunt dubia, quæ eo tendunt, quod pœna talionis in homicidio doloso neque Jure Naturali, neque Jure Divino positivo morali sive universali præcepta sit, quodque adeo Summis Imperantibus facultas circa

circa hanc poenam dispensandi vel etiam eam in aliam commutandi competat. Cum & ipsorum Imperantium interfit legitimos terminos hic custodiri, ne amplio-rem sibi debita potestatem arrogando conscientias suas gra-vent.

§. II.

Opponunt 1. Jure Naturali nullam poenam de-terminatam esse, sed omnem poenam ex jure positivo venire. Licet enim in genere Jus Naturale dicet delinquentes esse puniendos, modum tamen poenae non determinare ullo in delicto, sed determinationem relin-quare arbitrio Principis. Verum enim vero haec gra-tis opponuntur. Jura enim Naturalia praecipunt poenas debere esse proportionatas delicto, maxime in homi-cidio dolofo, cum totius humani generis interfit seve-ritate poenae pacem atque tranquillitatem publicam, quae delicto hoc maxime turbatur, custodiri, ut alii dediscant adversus proximum suum tam enormiter peccare, cum autem proportio deficiat, si pro vita hominis dolo-se occisi levior poena quam talionis dicetur, nulla-que alia, quam hac poena securitati publicae prospici pos-sit, sequitur eam Jure Naturali praecipitam esse.

§. III.

Regerunt 2. praecipitum Juris Naturalis de puni-endis delinquentibus in genere non tollere jus aggrati-andi, ergo praecipitum Juris Naturae de puniendo capi-taliter homicida, si quod foret, non tollere jus aggrati-andi homicidam in specie. Sed respondemus, cum Jus Naturae Deum Autorem habeat, Principibus nullam dispensandi potestatem contra illud competere. Dis-pensans enim vel ipse legem tulisse, vel eo non inferior esse

*Divino
moralis pra-
cepta sit,
proponun-
tur. Quare
ad hac du-
bia respon-
deatur.*

*Dubium pri-
mum, Quod
Jure Nat.
nulla poena
sit determi-
nata, sed o-
mnis poena
sit ex jure
positivo.
Responsio.*

*Dubium se-
cundum;
Quod pra-
ceptum Ju-
ris Nat. de
puniendis
delinquen-
tibus non
tollat jus
aggratiand-
i.
Responsio.*

esse debet. Quia autem hoc ipsum de Principibus respectu Dei dici nequit, utpote cujus intuitu omnes subiecti sunt, illis, licet maxima alias in Republica sua potestate polleant, hæc dispensandi licentia non competit.

§. IV.

Dubium
tertium, Di-
Etum Genes.
9. v. 6. non
continere
præceptum,
sed indica-
re, quid oc-
culto Dei
judicio fieri
soleat.
Responso.

Regerunt 3. dictum *Gen. 9. v. 6.*, qui sanguinem hominis fudit, ipsius sanguis fundetur per homines, continere tempus futurum & intelligi posse de eo, quod occulto Dei judicio communiter fieri solet, ut, etiamsi homicidæ pœnam humanam effugiant, eorum tamen sanguis iterum per alios homines fundi debeat. Respondemus: (a) Propositionem d. l. esse generalem; Qui effuderit sanguinem hominis, & rationem esse generalem, quoniam Deus juxta imaginem suam condidit hominem. Huic autem vivæ Dei in homine imagini cum nihil æquiparari possit, evidens ex hoc loco esse, nullam aliam pœnam æquivalentem pro vita hominis dari posse præter vitam humanam; (b) per futurum etiam Imperativum apud Ebræos exprimi notorium esse, & hoc patere ex infinitis locis Sacræ Script. præsertim Decalogo; (c) hoc dictum denotare præceptum universale, quod homicidæ capitaliter puniendi sint, ex eo evidens esse, quod Summus LLator optimus verborum suorum interpres hunc sensum postea in sacris literis declaraverit, dum toties quoties Judicibus præcepit, ut homicidas dolosos capitaliter puniant, addita ratione, quæ non Judaicam solum Remp., sed omnes concernit, quod terra per hoc delictum sit inquinata, adde SELDEN. *de Jur. Nat. & Gent. juxta discipl. Ebræor. L. 4. c. 1. pag. m. 475. & 476.* Ubi docet etiam ipsos Magistrum Ebræorum verba fun-

ba fundetur per homines, de iudicio forensi sive pœna, qua homicidis in foro Civili dictari debeat, explicare.

§. V.

Instant 4. reliqua præcepta Veteris Testamenti *Dubium* esse Leges Israëlitico populo latas, adeoque pro Lege *quartum*; Divina Morali sive Universali non posse haberi. Sed re- *Reliqua* gerimus, reliqua præcepta Veteris Testamenti repetere *præcepta* primum præceptum universale Noachidis datum, anne- *Veteris Te-* sta- *menti* xa dispositione universali, quod malum debeat tolli de *non esse le-* terra, quæ inquinata est, quæ dispositio cum universalis *ges Mora-* sit, ad terram Judæorum solum applicari nequit. *les. Respons.*

§. VI.

Opponunt 5. dicta Novi Testamenti, præpri- *Dubium* mis in Apocalypsi, non agere de Officio Imperantium, *quintum*; sed continere prædictionem futurorum malorum, quæ ho- *Distin.* micidas dolosos manere debeant; Respondemus; Hæc di- *Novi* cta simpliciter repetere primum præceptum de homicida *Fœderis* capitaliter puniendo & præcepta postea secuta, adeoque *contineve* non continere solum prædictionem futurorum malorum, *saltem præ-* sed respicere maxime officium Imperantium. *ditionem* *futurorum* *malorum.* *Responsio.*

§. VII.

Denique 6. opponunt exempla ex historia sacra at- *Dubium* que profana non deesse in homicidio doloso Principes di- *sextum*; Ex- pensasse, vel etiam aliam pœnam statuissè, prout patet ex *historia sa-* exemplo Davidis, qui fratricidam Absolonem ad interces- *cræ & pro-* sionem foemina Thecoensis aggratiavit, quemadmo- *fana de-* dum etiam in *Concilio Toletano 5. Canon. 8. & Aurel. 4.* *sumtum.* *Responsio.* C. 16. hæc potestas aggratiandi Principibus fuit asserta. Re- spondemus, 1. non exemplis, sed regulis iudicandum esse adeoque exemplum Absolonis nihil probare. 2. Absolonem paulo post fato infelici periissè, adeoque fati apparere, quod Absolon, quamvis tanquam Regis filius pœnam

nam humanam evitaverit, poenam tamen Divinam effugere non poterit. Quantum ad d. Concilia verò atinet, ea nihil probare, utpote quæ de imprudenti homicidio loquuntur, in quo utique secundum regulas justæ interpretationis etiam de Jure Divino poena ordinaria mitiganda est.

SECTIO III.

Casus aliquot homicidii, in quibus poena talionis locum non habet, proponens.

§. I.

Transitus ad casus aliquot, in quibus poena talionis in homicidio locum non habet.

HActenus probabimus poenam talionis in homicidio in Jure Naturali atque Divino morali sive positivo universali fundatam esse, superest, ut recensamus casus, in quibus hæc poena locum non habet, sed saltem aliquot, cum materia hæc, proh dolor! inexhausta amplitudinis sit, ut tota paucis pagellis includi nequeat. Sistemus autem primum personas, quibus hæc gratia in specie concessa, deinde alias quoque causas exhibebimus, propter quas hæc poena cessat.

Infantes & infantia proximi a poena talionis sunt immunes.

§. II. Inter personas autem, quæ in specie à poena talionis immunes, sunt propter ætatem infantes, sive qui minores 7. annis, sunt *l. 14. de Spons. l. 1. §. 2. de adm. tut. l. 18. C. de Jur. del. & infantia proximi v. VINN. ad §. 9. J. d. de Inut. Stip. GARPZOV. 3. Q. 143. n. 32. seqq.* cum illi vix culpæ nedum doli sint capaces, quicquid enim agunt, ignorare dicuntur *§. 9. l. de Inut. Stip. l. 12. ad L. Corn. de Sic. l. 53. pr. ff. de furt.* Pubertati vero proximi, cum doli capaces sint *§. pen. l. de furt. l. 23. ff. eod. l. 3. §. 1. de Injur. l. 4. §. 26. de dol. & met. exc.* obligantur ex delicto

delicto l. 7. C. de pœn. ut tamen propter infirmius judicium pœna non ordinaria sed extraordinaria modo afficiendi sint. CARPZOV. p. 3. Q. 143. n. 21. seqq. Minores vero quales etiam fœminæ in delictis anno 14. completo habentur, pœna ordinaria tenentur l. 1. C. si adv. del. l. 9. §. 2. ibi placet in delictis non subveniri minoribus ff. de Minor. Ordin. Crim. a. 164. CARPZOV. 3. Q. 143. n. 26. seqq. & n. 59. seqq.

§. III. Ob ætatem ingravescentem ab ea eximunt Senes, de quibus Plautus in Mercatore:

Senex quum extemplo est, nam non sentit, nec sapit, ab hac pœna non eximuntur.

Ajunt solere eum repuerascere.

Monente enim Catone:

Cum sapias animo noli irridere senectam,
Nam quicumque senex sensus puerilis in illo est.

Ut non inepte dixerit ACCURSIVS Senes habere sensum puerilem, in L. Senectus C. de Donat. Obindequæ concludit TIRAQ. de pœn. temper. c. 8. Cum juniores mitius sint puniendi ob id potissimum, quod non habeant perfectum consilium atque judicium, consequenter quoque seniores, qui quantum ad eam rem attinet, in pari sunt causa, utpote qui bonam partem consilii mentisque amiserunt, mitius elementiusque plectentur. Et huc collimare etiam videntur leges, in l. 3. §. 7. de Sct. Silan. enim dicitur, ignoscendum esse his, qui ætate defecti sunt, idem innuit l. 22. de term. mot. l. 6. pr. ad L. Jul. pecul. Nihilominus tamen, quia senes regulariter peripicaces ac sapientes, adeoque doli æque ac juniores capaces sunt, eos ob solam ætatem ab hac pœna non eximi censemus cum CARPZOV. 3. Q. 144.

§. IV. Non vero subjacent huic pœnæ Furiosi ac mente capti, cum durante illo statu omni intellectu ca- hinc pœna reant l. 14. pr. de Off. Pres. nullaque eorum sit voluntas non subja- l. 5. cent.

l. 5. l. 40. ff. de R. J. sed & ipsos fati infelicitas fatis excuset, utpote qui furore suo fati sunt puniri d. l. 14. l. 12. ff. ad L. Corn. de Sic. c. indicas, 3. Q. 3. Capit. aliquis C. illa 15. Q. 1. Clem. 1. de Homicid., Æque enim æstimandum damnum, quod furiosus dedit, ac si quadrupes fecerit aut si regula ceciderit l. 5. §. 2. ad L. Aquil. etiam si sua culpa in fatorem incidereint. TIRAQ. c. 2. n. 5. quo casu tamen ipsos, si ad sanam mentem venerint, leviori poena afficiendos esse vult TIRAQ. d. l. n. 8., & hoc eo usque extendunt, ut si sana mente facinus perpetravit, postea vero furore correptus est, poena subjiiciendus non sit, cum furore ipso satis sit punitus l. 14. ff. de Off. Pres. & furiosus absentis loco sit per omnia & in omnibus l. 2. §. 3. ff. de Jur. Codic. ac pro mortuo habeatur MATTHÆI de Crim. Proleg. c. 2. n. 7. plane si sana mente delictum hoc commisit, furor vero superveniens cessavit, poena ordinaria locum habebit CARPZOV. 3. Q. 145. Melancholici autem extra ordinem puniuntur CARPZOV. d. l. n. 53.

Nec dormientes.

§. V. Neque subjacent, qui dormientes hoc delictum commiserunt, cum dormientes furiosis æquiparentur l. 1. §. 3. de acq. poss. Clem. un. de Homic. functionibus enim animæ quiescentibus rationis minime compotes sint. Quin imo somnus imago mortis esse creditur. Hinc OVIDIUS l. 2. Amor. Eleg. 9.

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago.

Longa quiescenti tempora fata dabunt.

Sed & mors magnus dicitur somnus. CATVLLVS ad Lesbiam Epigr. 5.

Soles occidere & redire possunt;

Nobis cum semel occidit brevis lux.

Nox est perpetua una dormienda.

Cum

Cum vero mortui delinquere nequeant, idem quoque de dormientibus asserendum. Nisi in culpa fuerint dormientes, fortè quod sciverint, se eo vitio laborare, quod dormiendo surgant, aliosque invadant, vigilantes vero diligentiam non adhibuerint, ut huic rei obviam iretur, vel aluerint inimicitias, quibus instigantibus surrexerint adversariumque occiderint. Tunc enim propter culpam poena extraordinaria afficiendi forent. TIRA Q. d. l. c. 5. MATTHÆI de Crim. Proleg. c. 2. n. 13.

§. VI. De ebriis non conveniunt inter se Ddres *An ebrii?*

SENECA certe *Epist. ad Lucill. 83.* dicit, nihil aliud esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam, e contrario QUINTILIANVS *Orat. Inst. l. 7. c. 1.* tradit, ebrietatem in qualitate crimen elevare, & *l. 5. c. 1.* Accedunt, inquit, aliquando fortuna, ebrietas, ignorantia, quæ ad veniam valet. APVLEIVS certe Madaurensis *libro Metamorphoseos 3.* sciebat ab homicidio, cujus accusabatur, purgare contendit, quoniam potentus ipse fuerit. Nobis placet distinctio inter ebrium & ebriosum; quam distinctionem etiam supeditat CIC. 4. *Quæst. Tuscul.* inquit, inter ebrietatem & ebriositatem id interesse, ut aliud est amatorem esse, & aliud amantem, & SENEGA *d. Epistola 83.*, plurimum, dicens, concedes interesse inter ebrium & ebriosum. Potest &, qui ebrius est, tunc primum esse. Nec habere hoc vitium: & qui ebriosus est, sæpe extra ebrietatem esse. Et ebrius duobus modis dicitur, altero cum aliquis vino gravis est & impos sui, altero, si solet ebrius fieri, & hinc obnoxius vitio est. Ebrius poena ordinaria non afficiendus est, cum non ex proposito sed impetu delinquat *l. 11. §. 2. de Pæn. l. 6. §. 7. ff. de re milit.*, quare etiam ebrietas dicitur privatio intellectus, per quam obli-

vio sui generatur, ideoque ebrii passim in jure ignorantibus comparantur, & infantibus ac impuberibus. Sed & ebrius mortuo comparatur, in quo omnis cessat voluntas & dolus, sine quo delictum non committitur. **Modo 1.** ebrietas fuerit immodica, ut quasi mentis exilium induxerit, levis enim nec delictum nec poenam minuit **TIRAQ. Caus. 6. 2.** ebrius non antea propositum occidendi fovēit, illudque ebrius factus in effectum deduxerit, Tunc enim, non obstante exceptione ebrietatis, capitalis poena locum habet, **CARPZOV. Q. 146. n. 56. seqq.** adde **BRUNNEM, ad l. 6. §. 7. de re milit.** Ebriosus vero, qui prava potandi consuetudine delectatur, poena ordinaria afficiendus est **MATTHÆI de Crim. Prol. C. 2.**

Quid in homicidio attentato.

§. VII. Restat, ut alias quoque causas, propter quas poena talionis cessat, examinemus. Et quidem poena talionis locum non habet in homicidio attentato, quamvis diversum dispositum sit in Jure Civili, si enim quis cum telo saltem hominis occidendi gratia fuerit, vel conatus ad actum proximum pervenerit, poena ordinaria locum habet §. 5. *l. de Publ. Jud. l. 7. C. ad L. Corn. de Sicar.* Consilium enim cujusque non factum puniendum est, ut ait **PAVL. l. 5. Sent. 3. §. 2.** & in malitiis voluntas non exitus spectatur, ut **Calistratus** ex Rescripto **D. Hadriani** dicit. Sed huic dispositioni Juris Civili generali consuetudine derogatum esse testantur **Ddres** apud **CARPZOVIVM p. 1. Q. 2. n. 54.**, ut vulnerans, etiam cum animo occidendi poenam non ordinariam, sed extraordinariam sustinere debeat.

A poena ordinaria liberatur reus, si vulnus non lethale non fuit.

§. VIII. A poena ordinaria quoque liberatur reus, si vulnus non fuit lethale, sed vulneratus ex malo regimine, vel alia causa, febri nimirum aut infirmitate, vel alio sympto-

symptomate perit; tunc enim vulnerans non de occiso, sed vulnerato modo tenetur, *l. 30. §. f. ff. ad L. Aquil. Ord. Crim. a. 147. pr. & a. 148. versu: Wäre aber.* AYRER. *de Homicid. p. 2. n. 8.* SEBASTIAN. GVAZZ. *ad Defens. Reor. Def. 4. c. 12. n. 1.* vulnerans igitur pro ratione circumstantiarum non poena ordinaria, sed extraordinaria, fustigatione, relegatione, aut alia affici debet. CARPZOV. *l. Q. 26. n. 13.* Utrum autem vulnus lethale fuerit, an non, censura Medicorum & Chyrurgorum tanquam peritorum in arte relinquendum est. Ubi vero Medici vel Chyrurgi inter se dissentiant, utrum vulnus sit lethale, an non, poena extraordinaria quoque dictanda est, cum in criminalibus probationes luce meridiana clariores requirantur *l. f. C. de Probat.* Satius quoque sit nocentem absolvere, quam innocentem condemnare. CARPZOV. *d. l. v.* tamen FELTMANN. *de Cadav. Insp. c. 49.*

§. IX. Sed & liberatur a poena ordinaria, si inspectio cadaveris vel plane non, vel non legitime facta fuit. Cum si plane non facta est, de lethalitate vulneris adeoque corpore delicti non constat. Si vero legitime facta non est, facillime fraus ac falsitas committi poterit. CARPZOV. *l. Q. 26. n. 32. seqq.* Ut autem inspectio legitime fiat; requiritur 1. eam a Iudice, qui de Crimine & eade cognoscit, & Scabinis minimum duobus & Aduario fieri *Ord. Crim. a. 149.* in verb. *Soll der Richter sampt zweyen Schöffen/ dem Gerichtschreiber. Medicis itaque atque Chirurgis solis hæc res committi non potest.* PRVCKM. *Conf. 22. n. 169. 2.* adhiberi unum vel (si plures eo in loco haberi possunt) plures Medicos vel Chirurgos juratos *Ordin. Crim. d. l.* verbis: *Und einem oder mehr Wund-Ärzten (so man die haben und solches*

Quid si Medici & Chyrurgi invicem super hoc dissentiant.

Sed & liberatur, si inspectio cadaveris vel non, vel non legitime facta est. Quomodo at inspectio.

solches geschehen kan) die dann zuvor beeydigt werden sollen. Ut tamen si Medici atque Chyrurgi initio muneris sui juraverint, non compellantur speciale jusjurandum prestare. GAIL. 2. o. 111. n. 13. seqq. v. tamen FELTMAN. de Cadav. insp. c. 50. 3. Medicos vel Chyrurgos vulnera & cicatrices secare, eaque una cum aliis Symptomatibus, quotquot accefferunt, cum Judice ac Scabinis accurate considerare. Ord. Crim. d. l. 4. Hæc omnia ut & singula Medicorum & Chyrurgorum dicta ad acta referri. OLDEKOP. Obs. Crim. l. 4. O. 47. n. 5. Ut tamen postea quoque Medici atque Chyrurgi separatim adhuc visum repertum, utrum vulnus lethale fuerit, an non, conficere debeant, & quidem additis rationibus & causis, cum perito in arte fides non habeatur, nisi enuntiati sui causas reddiderit FELTMAN. de Cadav. Inspic. c. 56. n. 5.

Paena talionis locum non habet in homicidio culposo.

§. X. Poena talionis etiam locum non habet in homicidio culposo, puta si quis operam dederit rei illicitæ, vel si quis in re licita quidem versatus fuerit, sed non adhibuerit omnem diligentiam c. Presbyterum c. continebatur X. de homicid. l. 9. §. f. l. 31. l. 52. §. f. ff. ad L. Aquil. Ord. Crim. a. 146. pr. Deus enim, tanquam optimus legis suæ interpret, poenam hanc homicidii dolosis modo dicitur. Exodi 21. v. 12. & 13. expressè dicitur, qui percussit hominem, NB. volens occidere, & mortuus fuerit, moriatur. v. Num. 35. v. 10. 11. seqq. Deut. 19. v. 4, 5, 6. Jos. 20. v. 1, 2, 3. Idem quoque innuunt Jura Civilia l. 1. §. 3. l. 4. §. 1. l. 7. ad L. Corn. de Sic. l. 8. c. ad L. Jul. de Adult. In maleficiis enim culpa lata dolo non æquiparatur, præsertim ad imponendam poenam l. 23. §. 3. ff. de Edil. Ed. Idem quoque tradit Nemesis Carolina art. 146. Ibi: Der Thäter keiner wird gnug entschuldiget / aber dennoch

dennoch ist mehr Barmhertzigkeit bey solcher Entleibung/ die ungefährlich aus Geilheit oder Unvorsichtigkeit/ doch wider des Thäters Willen geschehen/ zu haben/ dann was arglistig und mit Willen geschieht. Animus liquidem & propositum distinguunt delicta, præter voluntatem autem hic aliquis interficitur. Neque obstat, quod tamen talis homicida causam mortis præbeat, nihil vero interfit, an quis occidat, an causam mortis præbeat. l. 15. ad L. Corn. de Sic. Cum enim dolose hoc non faciat, neque ex actu hoc immediate & necessario mors sequatur, sed per accidens, ea autem quæ per accidens eveniunt, ex opere aliquo non imputentur agenti ad malitiam, poena ordinaria locum habere non potest, sed potius extraordinaria, pro arbitrio Judicis MENOCH. A. J. Q. l. 2. c. 324. CARPZOV. 1. Q. 27. n. 28.

si sup
obstant
obstant

§. XI. Multo minus locum habet in homicidio casuali, si sine dolo vel culpa vita alicui adimitur. FARINAC. p. 5. Q. 126. n. 5. Casus enim hic non tam homicidium, quam dolendum infortunium est, v. l. 4. & 5. J. de L. Aquil. l. 31. ff. eod. c. 23. de Homicid. CARPZOV. Q. 27. Quod disertis verbis exprimit Ord. Crim. a. 146. pr. verbis: So einer ein ziemlich unverbotten Werk an einem Ende oder Orth/ da solch zu üben ziemlich ist/ thut/ und dadurch von ungeschickter ganz ungefährlicher Weiß wider des Thäters Willen jemand entleibet/ derselbe wird in viel Wege/ die nicht möglich zu nennen sind/ entschuldiget. Quibus verbis homicidium casuale definitur, 1. quod commisit is, qui operam dat rei licitæ & non prohibitæ, ein ziemlich unverbotten Werk/ 2. id facit debito loco ac tempore, i. e. tempore ac loco destinato, interdum enim actus, qui per se prohibitus non est,

Multo minus in casu ali.

quod
quod
quod
quod
quod

E vitium

vitium contrahit, quod iusto tempore ac debito loco non exerceatur. 3. Si nulla in agendo culpa commissa est, h. e. si omnis diligentia adhibita est. *CLASSEN, add. art. 146.*

Neque in homicidio necessario.

§. XII. Neque locum habet in homicidio necessario, quod ad sui defensionem fit, vim enim vi repellere, etiam cum internecone alterius, omni jure permiffum est *l. 3. ff. de J. & J. l. 45. §. fin. ad L. Aquil. l. 1. §. 27. de vi & vi arm.* cum enim naturalis ratio & amor tenerrimus quemque sibi commendat, nemo tenetur malum, quod alter sibi intemat, pati, sed potius quilibet se adversus omnem vim injustam defendere potest, *GROT. de J. B. & P. l. 2. c. 1. §. 3.* sed & aggressor sibi imputare debet, quod alterum ad necessariam defensionem adegerit, adde *PVF. de J. N. & G. l. 2. c. 5. §. 1. & l. 3. c. 1. §. 7. WISSENB. p. 2. Diss. 35. §. 17.* ut adeo hic potius a se ipso, quam ab insultato interfectus videatur *CARPZOV. 1. Q. 28. n. 2.* Optime Cicero pro Milone; Jam si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt, certe illud est non modo justum, verum etiam necessarium, cum vis illata vi defenditur, Quod eo usque extendunt multi, ut defensionem hanc intermittens non minus peccet, ac si sibi ipsi manus intulerit. *ZOANETT. de Nec. def. p. 1. n. 3. seqq. OBRECHT. de Nec. def. c. 1. n. 23. v. PVF. de J. N. & G. l. 2. c. 5. §. 2.* Quare etiam hanc defensionem nec statuto nec a Principe tolli posse volunt *FORSTER. de Jurisd. Rom. p. 2. n. 9. GVICCIARD. l. 10. Hist. CARPZOV. Pr. Crim. p. 1. Q. 28. n. 7.*

Quando moderamen inculpatæ tutela observatum.

§. XIII. Hæc autem defensio, ut sit legitima, moderamen inculpatæ tutela debet esse observatum. Hoc autem observatum censetur, 1. si periculum est præsens, ut armis lethaliibus quis aggressus sit; Ut tamen, si insultator arma arripuerit, & quidem ita, ut appareat, eum animo

animo occidendi hoc facere, alter primum ictum expectare non debeat, sed facinus occupare possit, cum melius sit in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. *l. 1. c. Quando lic. unic. GROTI. 2. c. 1. §. 1. 2.* Si defensio in continenti fit, ubi enim intervallum intercessit, non est defensio, sed offensio: Interposita enim mora vis illata cessat. & in vita civili copia Judicis haberi & per eum defensio fieri potest. 3. Si defensio offensioni responderet, h. e. si nihil aliud intenditur, quam depulsio periculi, siquidem enim defensio sine cæde peragi potest, puta quod quis tuto & sine periculo fugere possit, vel ipse inuasor in fugam sit redactus, ad eandem non debet extendi.

§. XIV. Favor hic etiam extenditur ad eum, qui ^{Hoc extenditur ad eum,} alium defendit, sive persona, quæ defenditur sit, necessaria, ^{qui alium defendit.} cui naturali cognatione arctiori vel sanguinis aut affinitatis vinculo præ reliquis adstrictus est *l. 2. §. f. Quod met. caus. l. 1. §. item Divus Ad L. Corn. de Sic. l. 1. §. f. l. 2. seqq. de lib. caus.* Sive persona plane sit extranea, cum enim leges nobis permittant, res atque negotia aliorum tueri *l. 1. ff. de Neg. gest.* aliisque pro tutela bonorum opem ferre. *l. 3. §. 9. ff. de Vi & vi arm.* multo magis defensionem pro illorum personis & vita subire licebit *l. sancimus C. de SS. tales.* Clarius hoc exprimit Jus Canonicum in C. enim non inferenda 23. q. 3. dicitur. Qui non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit, adde c. *Dilecto 6.* verbis & quidem cum liceat cuilibet vicino vel proximo & c. *de sent. excommun. in 6.* Clarissime vero in *sanctione Carol. a. 150.* verbis: *So einer zu Rettung eines andern Leib/ Leben oder Gut jemand schlägt.* GRÆVEVS ad *Gail. 2. O. 110. n. 30.* HARPRECH. *tr. Crim. de Publ. Jud. §.* Item *lex Cornelia n. 125. seqq.* Apud E-

bræos certe, tradente SELDENO *l. 4. c. 3. de Jur. Nat. & Gent.* tantus comitabatur favor defensionem corporis, ut non solum is, qui invadebatur, invasorem cum cæde repellere, sed & alter innocenter oppressum cum cæde invasoris defendere posset.

Porrigitur etiam, ut propter periculum mutilationis membri defensio sit licita.

§. XV. Hoc porrigunt eo usque, ut si periculum mutilationis membri, præcipue nobilioris adsit, defensio etiam sit licita, cum membrorum nostrorum integritatem ita tenero sensu natura nobis commendaverit, ut non possimus non omnibus modis ea protegere, & membra inter ea bona sint, quæ restitui nequeunt, atque æque ac vita æstimationem non recipiunt. Quin etiam invasus liquido dijudicare non potest, quo sine læsio fiat, & an non periculum mortis post se trahat. Si igitur periculum aliter evitari non potest existimamus cum GROTIUS *l. 2. c. 1. §. 6.* quod intentans periculum occidi possit, adde CARPZOV. *p. 1. Q. 99. n. 30.*

Quid si moderamen inculpata tutela excessum sit.

§. XVI. Porrigitur quoque ad eum, qui se defendendo moderamen inculpatae tutelæ excessit. Etenim adversus periculum omnes leges, omniaque jura permittunt se defendere, adeo ut ipsa quoque rerum natura quodammodo nos impetu concitet ad propulsandum injuriam, FARIN. *Q. 125. n. 35.* CLAR. *§. Homicidium n. 29.* Excessum autem hunc ad tria revocat Perillustris Dnus de COCCII *Jur. Controv. ad Laut. Tit. Ad L. Aquil. Q. 8.* Si 1. periculum vitæ non adest, sed aggressus aliter effugere potuit. Fugiendum enim esse, si fuga nobis consulere possumus, legibus consentaneum est §. 2. *I. Ad L. Aquil. l. 45. §. pen. eod.* Nihil igitur curamus Ddres, quibus hæc sententia displicet, quod fugam & ignominiosam & periculosam existiment. Militi enim in acie fugere turpe est.

l. 6.

l. 6. §. 3. de re milit., vim aggressoris ad tempus vitasse non in probro, sed in laude est v. CLAR. *§. Homicidium n. 32. FARIN. d. Q. 125. p. 2. Const. Crim. a. 140. & 142.*
 2. Si actu quis non invadatur, sed insidiæ saltem struantur, nisi insidiæ illæ sine interneccione insidiantis effugi non poterint. 3. Si lethalibus armis quis non invadatur, sed pugno aliove modo percutiatur. Moderamen itaque hoc excedens poena non ordinaria, sed extraordinaria afficiendus est. CARPZOV. *l. Q. 29.*

§. XVII. Extenditur quoque ad eum, qui rerum suarum defendendarum gratia aliquem occidit. Cum enim certa ac tuta cuique rerum suarum possessio esse debeat, quilibet etiam se in his rebus defendere potest, præmissis si Judicis copia haberi non potest, modo limites defensionis custodiantur, & ad interfectionem non procedatur ob rem minimam: Neque obstat, quod inæqualitas sit inter rem & vitam hominis. Recte enim respondet GROTIUS. *l. 2. c. 1. §. 11.* inæqualitatem hanc favore innocentis & odio raptoris compensari. Sed & si tam rigore inter hominem & rem proportio attendi deberet, fures certe non recte suspenderentur. Lex tamen Ebræa *Exod. 22. v. 2.* & lex Solonis, ut & lex XII. Tab. distinguit inter, furem nocturnum & diurnum, Fur nocturnus simpliciter occidi potest, cum noctu vix copia adhibendorum testium sit, sed & adversus furem nocturnum præsumtio militet, eam telo se defenditurum. Non enim intelligi potest fur nocturnus sine telo, nudis enim manibus non effringet januam, perfodiet parietem, dimovebit arcarum & armatorum seras. Jura tamen civilia exigunt præterea, ut cum clamore hoc fiat. *l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* Sed & Ddres requirunt, ut Dominus ipsi parere sine jactura rerum & periculo suo non possit.

Paena hac locum non habet, si quis aliquem rerum defendendarum gratia occidit.

Distinctio inter furem nocturnum & diurnum.



l. 9. ad L. Corn. de Sic. FARIN. *Q. 125. n. 199.* CARPZOV. *Q. 32. n. 37.* Diurnum vero tum demum occidere licet, quando telo se defendit, *l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* Cur vero in fure nocturno aliter? Quia noctu non potest vocari, qui auxilium ferat, interdum potest, sed & tenebrae augent terrorem, & incertus est paterfamilias, an fur ad auferendum, an ad occidendum venerit, MATTH. *de Crim. l. 48. l. 5. c. 2. n. 7.*

*Nec locum
habet, si
quis latro-
nem occi-
dit.*

§. XVIII. Sed & extenditur ad eum, qui latronem occidit *t. t. C. Quando unic. lic. sine iudice se vind.* cum in vasus nesciat, an latro pecuniam eripere, an occidere velit, adeoque non debeat expectare violentiam, si eum ad se properare videat, quia in latrone praesumitur voluntas caedis *l. 4. C. ad L. Corn. de Sic.* Serum autem est legis auxilium implorare, ubi periculum est in mora. *l. 4. pr. ff. ad L. Aquil.* CLAR. *§. Homicidium. n. 25. & 47.* FARINAC. *Q. 125. & 168.* CARPZOV. *Q. 32.* MATTHÆI *de Crim. l. 48.*

*Nec locum
habet ad-
versus eos,
aliquem in-
terficere
permittunt.
Raptor vir-
ginis cum ad-
juvis a pa-
rentibus &
consangui-
neis impune
potest occi-
di.*

§. XIX. Poena talionis non etiam afficiendi sunt, qui Raptor virginis cum adjuvis potest a parentibus & consanguineis in fuga deprehensus impune a parentibus occidi, BRVNNEM. *ad l. f. ff. ad L. Jul. de Vi pub. v. tamen* WISSENB. *2. D. 35. §. 6.*

*Stuprator
sententia infer-
re intentione
impune occi-
ditur.*

§. XX. Huc quoque pertinet, virgo vel alia persona honesta, quæ stuprum inferre tentantem interemit, modo aliter (v. g. fugiendo, vociferando aliisve modis) defendi nequeat. *l. 1. §. pen. ff. ad L. Corn. de Sic.* Cum communis aestimatio pudicitiam vitæ adæquet, SENECA *de beneficiis l. 1. c. 11.* Proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidem vivere, sed ut mors potior sit, tanquam libertas & pudicitia & mens bona PAUL. *Sent. V. t. 23.* Qui latronem caedem

dem sibi inferentem vel alium quemlibet stuprum inten-
 tantem occiderit, puniri non placuit, alius enim vitam, a-
 lius pudorem facinore publico defendit, GROTI. *l. 2. c. 1. §. 7.* Apud Ebræos certe, tradente SELDENO *l. 4. c. 3.* defen-
 sionem pudoris tantus comitabatur favor, ut non solum
 persona, quæ invadebatur, cum cæde inuasoris se defende-
 re posset, sed & alteri inuasorem occidere liceret, si cum ma-
 sculo vellet concumbere, aut alterius sponsam comprime-
 re. Leges vero Civiles violentum stuprum inter species
 vis publicæ referuntur, licet armis non inferatur, favore
 procul dubio foeminei sexus & tuendi ejus pudoris *d. l. 1. §. pen. ad L. Corn. de Sic. FARINAC. Q. 125. n. 281. CARP-
 ZOV. Q. 32. CLAR. §. Homicidium. n. 27. seqq. MATTHÆI
 de Crim. l. 48. tit. 5. c. 2. n. 12.* Dissentit quidem graviter
 AUGUSTINVS *de libero Arbitr. L. 1. c. 5. & de Civit. Dei l. 1. c. 18.* ex ratione, quia virtus pudicitia non potest amitti
 sine proprio consensu ejus, quæ oppressionem patitur, in
 potestate autem ejus sit non consentire. Sed hæ rationes
 nullius momenti sunt, pudicitia enim non in animo so-
 lum, sed & in corpore residet; Virginitas quoque præci-
 puum decus, dos atque integritas est in foemina. Recte
 proinde PUFEND. *l. 2. c. 5. §. 1.* tradit: In civitatibus cum
 LLatores potuerint capitalia supplicia in violentos supra-
 tores constituere, singulis quoque honestis foeminis potu-
 erunt permittere etiam cum cæde tueri id, quod semel
 amissum recuperari nequit.

§. XXI. Pater quoque, qui filiam in potestate ha-
 bet, potest eam in adulterio sive ipsa turpitudine deprehen-
 sam impune occidere, modo 1. eam in domo sua vel ge-
 neri sui deprehendat. *l. 20. l. 22. §. 2. ad L. Jul. de Adult.*
 2. utrumque occiderit *l. 32. eod. FARIN. Q. 121. p. 1. per*
*Filia a pa- tre, qui eam in potestate
 habet, in a-
 dulterio de-
 prehensapote-
 rest occidi.
 Accedenti-*

bus certis tot. MENOGH. A. J. Q. L. 2. cas. 356. MATTHÆI tit. 3. c. 3. requisitis. n. 14. seqq.

Maritus

§. XXII. Sed & marito permittitur adulterum interfecto modo cere, non tamen quemlibet, sed vilioris conditionis & qui potest adulterum probrose vixit l. 24. ad L. Jul. de Adult. CARPZOV. 2. Q. 51. terum in a-n 27. FARIN. d. Q. n. 66. In Nov. 117. c. 15. etiam permittitur adulterio de-marito quemcumque occidere, quem in loco suspecto cum uxore colloquentem deprehendit, modo eum propter suspicionem tribus ex scripto contestationibus pramonuerit, ut absteinat. CARPZOV. 1. Dec. 95. PERETZ. ad C. de Adult. n. 23. Uxorem autem non licet interficere, l. 22. §. f. ad L. Jul. de Adult. BRVNEM. ad l. 4. n. 2. 3. C. ad Jul. de Adult. v. omnino FARINAC. d. Q. p. 2. per totum. Quodsi vero pater vel maritus terminos sibi positos transgressi fuerint, tenentur poena extraordinaria ob justum dolorem, quem temperare difficillimum est. l. 38. §. 8. ad L. Corn. de Adult. l. 4. C. eod. ibique BRVNEM. TIRA Q. de poen. temp. c. 1. n. 3.

Alia personae, quae impune occiduntur, re-
consentur.

§. XXIII. Denique permissum quoque est occidere transfugam, qui ad hostes deficit l. 3. §. f. ff. ad L. Corn. de Sic. desertorem militiae l. 2. C. Quand. lic. n. sic sine jud. se vindic., eum qui ad patriam delendam animo hostili venit l. 35. ff. de Religios. militem, qui fugam molitur, ex acie, ut etiam occisor non solum non peccasse, sed etiam gratiam meruisse existimari debeat **Reutere Bestallung** a. 63. **Sust necht Bestallung** a. 22. bannitum ex Imperio cum hic injuriis & libidini omnium sit expositus Ord. Cam. p. 2. l. 9. quod tamen ad bannitos ex territorii Statuum Imperii extendi non posse vult MATTHÆI de Crim. l. 48. t. 5. c. 2. v. CARPZOV. 3. Q. 140. n. 35. seqq. In praedictis tamen casibus publica vindicta potius peragitur, cum interficiens non tam privata sit persona, quam minister publicus, cui executio poenae lege commissa est, v. GROT. 2. c. 20. n. 17.

F I N I S.

Marburg, Diss., 1719-24

ULB Halle

3

003 599 06X




7A → OLSb. †
Nur 4H. 11 Stück vorliegen

VD 8







23
1724, 26
30.

Q. D. B. V.

DE

POENA TALIONIS
IN HOMICIDIO,

EXERCITATIONEM JURIDICAM

P R Æ S I D E

DN. JOHANNE GEORGIO
MVLHAVSE,

F. U. D. & P. P. ORDIN.


DIE XXIV. FEBR. MDCCXXIV.

H. Lqve C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT

JOHANNES GEORGIUS
LAMPMANNVS,

NEVEN-CRONA-SVARTZENFELDENSIS
HASSVS.



MARBURGI CATTORVM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI,
ACAD. TYPOGR. & BIBLIOP.

21

